reque. poſsem plura eiusmodi niſi brevitati ſtudere comme-
morare. Et quid? an non Rempub. cæcitas in ſua conſervavit dig-
nitate. Certe Appius Claudius cæcus fuit; et plurimas clien-
telas, Rem-denique-publicam fortiſsime regit. Quin etiam iam
vivendo feſsus, lectica ſe in Curiam deferri iuſsit, cum Pyrrho
deformem pacem fieri prohibiturus. Hunc cæcum aliquis no-
minet, à quo Patria, quod honestum erat per ſe parum cernens
cæca è provideret? numquid Cn. Aufidius prætorius in cæci-
tate ſententiam in ſenatu dixit, et amicis deliberantibus ad-
fuit? Annon C. Druſus cæcus fuit, eius tamen domus imple-
batur conſultoribus, qui in ſuis cauſis cæcum adhibebant
ducem. Quid obsecro gloriæ virtutique fortiſsimorum
horum virorum viſu caruiſse obfuit, niſi ut quos natura et ars
fecerant mirabiles, cæcitas fecerit ſtupendos? videtis quid
cæcitas hominibus obſit, quo minus in varijs ſcientiarum diſcipli-
nis excellere, et alta honorum dignitatumque culmina poſsint aſ-
cendere. Porro AA: quid dicturi eſsetis, ſi in medium
adducerem eos, qui tanti æstimârunt habere oculos ut illos ſi-
bi ipſis abſtulerint. e contra verò in tantum cæcitatem adamâ-
runt, ut illam viſui longè antepoſuerint; oculos hostes virtutum
arbitrati. Quid Apuleius et Hermes divini Platonis diſ-
cipuli, quid fecerunt? hi ne à virtutis ſtudio avocarentur, ocu-
NB los ſibi ipſis eruerunt. Occurrit menti meæ D. Domi-
nici alumna Lucia, quæ facinus ſupra ſexûs conditionem forte